



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 47. Reliquiæ SS. Gervasii, & Protasii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. hibuit, non inutile fuit hymnorum, a se  
A. C. 386 compositorum, cantus, & Antiphonarum,

ut nominat Paulinus, id est, Psalmorum  
 alternatim a duobus choris recitatorum.

*Isid. 1. offic.* Id constat, ex tunc Mediolani ad vigiliis  
*c. 7.* nocturnas, aliasque orationis publicæ ho-  
 ras cœptum fuisse, hymnos & Psalmos

*Aug. 9. Conf.* secundum Ecclesiarum Orientalium usum  
*c. 7.* cantari. Ista consuetudo ab Ecclesia Me-  
 diolanensi in omnes Occidentis reliquas

dimanavit. Cum vero semper in Eccle-  
 sia universa Psalmi fuerint decantati, non

fatis apparet, quid novi S. Ambrosius in-  
 troduxerit, nisi hymnos, & cantus alter-  
 nos. Cœterum hodieque plures hym-  
 nos canimus, qui ipsius opera sunt, usque

adeo celebrati, ut subsecutis temporibus  
 monachi loco vocis, hymnus, Ambrosia-  
 num dicerent. (\*)

*Reg. S. Ben.* §. XLVII.  
*c. 9. 12. 16.* *Reliquiæ SS. Gervasi, & Protasi.*  
*17.*

*Paul. vit.* Ipse Deus Ecclesiam Mediolanensem so-  
*n. 14.* lari dignatus est, dum, quo loco jace-  
 rent

(\*) In Nota hic sequente Interpres Proteſtans  
 dicit: In dem sogenannten *Officio Romano* ſie-  
 hen verschiedene lateiniſche Geſänge, die *Am-  
 broſii* Namen führen, es iſt aber ſehr daran zu  
 zweifeln, ob er von allen Verfaſſer ſey; wenig-  
 ſtens kann es von demjenigen Liede nicht be-  
 hauptet werden, darin dieſe Worte ſtehen:  
 o Cruce

rent Reliquiæ SS. Gervasii, & Protasii, Sæculum IV.  
A. C. 386.  
fratrum, & Martyrum, quorum nomina,  
& sepulturæ locus jam diu plurimorum  
memoria exciderant, S. Ambrosio reve-  
lavit. Is cum, furente Justina, Basilicam  
dedicasset, quæ hodieque ejus nomine Amb. ep. 22.  
n. 1. 2.  
Ambrosiana dicitur, populus una voce  
petiit, ut eam illo modo, quo antea Ba-  
silicam Romanam, consecraret. Erat hæc  
alia Ecclesia Mediolani, quam prope por-  
tam Romanam Apostolorum honori de-  
dicaverat; respondit S. Ambrosius: *fa-  
ciam, si Martyrum Reliquias invenero.* Et  
subito præfagientis animus ardore inflam- Aug. IX.  
Conf. c. 7.  
XXII. ci.  
vit. c. 8.  
matus est. Nec in vanum; quippe ei  
Deus in somnio revelavit, Corpora SS.  
Gervasii, & Protasii in Basilica SS. Felicis,  
& Naboris condita esse. Igitur ante can-  
cellos, qui Martyrum sepulchra cinge-  
bant, terram effodi jussit, Clericis suis  
cum payore adstantibus; signa invenit  
convenientia, puta palmas inseulptas, aut  
D d d 5 quod-

*o Crux ave Spes unica hoc Passionis tempore,  
auge piis justitiam, reisque dona veniam. Denn  
die darin befindlichen Ausdrücke, und ab-  
göttische Verehrung des Creuzes schickt sich  
nicht zu den Zeiten, darin Ambrosius gelebet.  
Abgöttisch! ita loquitur Lutheranus Hypocrita  
centies, nisi Idiota sit, in sua conscientia convi-  
ctus, Catholicos, quomodocunque verba sonent,  
non Crucis Lignum, sed Jesum Christum, qui in  
Cælis est, adorare.*

Sæculum IV. quoddam supplicii instrumentum. Ener-  
A. C. 386. gumenos adduci voluit, ut eis manus  
 imponeret; sed antequam orare cœpisset,  
 energumena a Dæmone corripitur, &  
 toto corpore terræ affligitur, in illo loco,  
 ubi Martyres, quorum corpora investi-  
 gabantur, quiescebant. Detectis sepul-  
 chris, duo viri visuntur, quorum magni-  
 tudo vulgari major videbatur, ossa inte-  
 gra, magna sanguinis copia, & capita a  
 cervicibus separata. Concinnantur ossa,  
 & suo quodque loco aptatur, atque vesti-  
 mentis contacta, feretro imponuntur.  
 Ita ad vesperum in Basilicam Faustæ trans-  
 feruntur, ubi tota nocte vigiliæ observa-  
 tæ. Non nullis Energumenis manus im-  
 positæ. Hac, & sequenti die magnus  
 populi concursus fuit. Tunc senibus  
 memoria refricata, audivisse quondam  
 Martyrum nomina, & inscriptionem se-  
 pulchro incisam legisse. Altera die Re-  
 liquiæ ad Basilicam Ambrosianam delatæ.

*Ambr. ep. 22.*  
*n. 12.*

*Aug. IX.*  
*conf. c. 7.*  
*Serm. 286.*  
*al. 39. divers.*  
*c. 5. XXIX.*  
*civ. c. 8.*  
*n. 2.*

Cæcus erat Mediolani, nomine Severus,  
 toti civitati notus, cum oculis valuisset,  
 carnis bovinae venditor, & jam ab annis  
 pluribus lumine captus; is jubilantis po-  
 puli voces audiens, quærebat, quæ publi-  
 ci gaudii causa esset? ea comperta, sta-  
 tim surrexit, & ad corpora Sancta dedu-  
 ci voluit; ubi illuc advenit, licentiam  
 obtinuit accedendi, ut linteolo feretrum,  
 quo corpora jacebant, tangeret; & ecce!  
 quam-

quamprimum linteolum oculis admovit, Sæculum IV.  
A. C. 386.  
 aperti sunt, & sine cujusquam ducentis  
 opera ad sua rediit. Hoc miraculum ab  
 infinita populi multitudine visum, & præ-  
 sente S. Augustino, tunc Mediolani agen-  
 te, atque id ipsum in operibus suis ter-  
 testatum faciente. Severus ita receptum  
 oculorum usum solius Dei honori impen-  
 dere statuit, & reliquos vitæ dies in Ba-  
 siliica Ambrosiana, ubi erant Martyrum  
 corpora, consumpsit. Vivebat adhuc-  
 dum, quando Paulinus vitam S. Ambrosii  
 conscribebat. Hanc translationem mul-  
 ta alia miracula cohonestarunt; Energu-  
 meni liberati, sanati ægrotantes, dum ma-  
 nibus tegumenta Martyrum tangunt;  
 aliis sola umbra (\*) saluti fuit. Strophio-  
 la, aliave lacinia Sanctis Reliquiis injicie-  
 bantur, deinde asservanda, certissima mor-  
 bis medicina. Horum ipse S. Ambrosius  
 testis est in Sermone, occasione illius  
 eventus pronuntiato.

*ep. 22. n. 9.*

Nam Sanctis Reliquiis in Basilicam  
 Ambrosianam invec̄tis, hac super lætitia  
 publica, & miraculis ad populum dixit,  
 explanans Psalmum decimum octavum,  
 & centesimum duodecimum, qui tunc  
 fuerant prælecti. Jesu Christo gratias  
 agit, qui Ecclesiæ suæ, tempore quo opus  
 fuisset,

*ibid. n. 34.  
Etc.*

(\*) Sola umbra. Hoc Protestans omisit.  
 pag. 495.

Sæculum IV.  
A. C. 386.

fuiſſet, tuliffet auxilium, & dicit, non alios ſuæ cauſæ expetere defenſores. Subjungit: *bas triumphales victimas in eodem loco, ubi JEſus Chriſtus hoſtia immolatur, (\*) deponamus; ipſe vero ſupra altare exiſtat, qui pro omnibus paſſus eſt, ipſi, qui ejus paſſione redempti ſunt, ſubtus altare. Hic eſt locus, quem mihi ipſi deſtinaveram, æquum enim eſt, ut Sacerdos, ubi ſacrificare conſuevit, requieſcat. Latus vero dextrum his ſacris victimis cedo.* Tunc ipſa hora Sanctas Reliquias terra recondere parabat, at conclamante populo, ut hunc actum, qui de poſitio dicebatur, in proximam Dominicam differret, S. Ambroſius obtinuit, ut die ſequenti id fieret. Hac die ſecundam orationem edixit, qua præcipue ſibi propoſuit, ad Arianorum calumnias reſpondere.

ep. 22. n. 15.  
16. Et.

(\*) Ubi JEſus Chriſtus Hoſtia immolatur. Oñ JEſus Chriſt eſt Hoſtie. Fleury page 512. reddidit Proteſtans: Wo wir das Opfer JEſu ſeyerlich begeben. His verbis non idem exprimitur, nam ipſe ponit vocem; JEſu in obliquo, cum S. Ambroſius poſuerit illam in recto. Dicit, ut brevi videbimus, Interpres iſte: *Ambroſius wäre ein Ketzer geweſen, wenn er zur ſelben Zeit die Tranſubſtantiation gelehret hätte.* Et hic ubi S. Pater docet, non panem, eſſe hoſtiam in Sancto Sacrificio, ſed JEſum, ipſius verba impudenter corrumpit. Nonne hæc eſt inſignis impoſtura?

spondere. Nam quamvis hæc miracula <sup>Sæculum IV.</sup>  
 externam persecutionis vim cohiberent, <sup>A. C. 386.</sup>  
 Justinæ aula in Palatio ista irridebat. Di- <sup>Paul. vit.</sup>  
 cebant; homines ab Ambrosio fuisse pe- <sup>n. 15.</sup>  
 cunia subornatos, qui se a Dæmone ob-  
 fessos simularent, & corpora, quæ fue-  
 rant inventa, revera Martyrum esse ne-  
 gabant. His S. Ambrosius opponit facti  
 evidentiā, cujus omnis populus testis  
 esset; præ cæteris miraculum cæci sa-  
 nati negari non posse. *Quæro ex iis, ep. 22. n. 19.*  
 inquit, *quodnam illud sit, quod non cre-*  
*dunt? an negant, a Martyribus quemquam*  
*juvari posse? atqui hoc est Jesu Christo*  
*fidem non habere dicenti: his majora fa-*  
*cietis. (\*) Aut cui, dum hæc negant, in-*  
*vident? an mihi? sed ego sane ista mira-*  
*cula non edidi; an Martyribus? ergo fa-*  
*tentur, aliam profecto fuisse Martyrum*  
*fidem, & a sua diversam; nulla alia invi-*  
*diæ causa intelligi potest.* Hæc sunt S.  
 Ambrosii verba.

Ad Sanctam Marcellinam Sororem <sup>Id. ep. 22.</sup>  
 suam, quæ in inventione, & translatione  
 horum Sanctorum Martyrum acta fue-  
 rant, scripsit, & suæ epistolæ duos ser-  
 mones, quos hac occasione fuerat elocu-  
 tus, adjunxit. Ut magis Ariani confun- <sup>Paul. vit.</sup>  
 derentur, hominem de vulgo derepente <sup>n. 6.</sup>  
 Spiritus immundus invasit; cumque cla-  
 maret,

(\*) Bona contra Protestantæ obiectio!

Sæculum IV. A. C. 386. maret, illos, qui Martyres negarent, aut unitatem Trinitatis, quam Ambrosius doceret, non crederent, paribus secum tormentis affici, Ariani captum in rivo aquis suffocarunt. Ariatorum aliquis, alias disputando præservidus, & obstinatissimus, testimonium reddidit, se in Ecclesia præsentem, quando Ambrosius concionabatur, vidisse Angelum, qui ei in aurem loqueretur, ita ut nihil aliud, quam verba ab Angelo percepta ad populum referre videretur. Arianus ille, cui hæc visio cognita, ad fidem conversus, deinceps fidei, quam oppugnaverat, defensor exstitit. Itaque miraculorum vi, tandem Ariani obmutescere coacti, & Imperatrix Justina permittere, ut S. Ambrosius in pace viveret. Forte etiam Maximi timor idem consilium suggestit, qui epistolam ad Imperatorem Valentinianum dedit, exhortans, ut huic persecutioni finem faceret. Dicit, non ea se futurum, si bellum cum eo meditaretur, ejusmodi enim divisiones, si occasione uti vellet, in rem suam fore. Ostendit, quantum sibi periculum esset creaturus, si fidem a tot sæculis receptam concuteret; *tota Italia, inquit: banc fidem tenet; Africa, Gallia, Aquitania, tota Hispania consentit; eandem denique profitetur Roma, quæ in hoc causa genere, id est, in Religione, æque ac in Imperio principem*

*id. n. 17.*

*To. 2. Conc. p. 1031. Theod. V. hist. c. 14.*



*per locum obtinet.* Tandem S. Ambrosio, & Episcopis Catholicis quiescere datum. Sæculum IV.  
A. C. 386.

## §. XLVIII.

*S. Augustini initia.*

Cum hæc fierent, a duobus jam annis S. Augustinus Mediolani agebat, miraculorum, de quibus diximus, & fortitudinis, qua S. Ambrosius pro fide decertabat, testis. Is haud diu post hæc fidem suscepit. Natus erat in Africa 13. Nov. anno 354. Tagaste, urbe Episcopali in Numidia, Parentibus Christianis, & conditionis honestæ; Patris nomen Patricius, Matris vero Monica erat. *v. Pagi an.*  
*377. n. 3.*  
*Possid. vit.*  
*c. I.*  
*Conf. l. I.*  
*c. II.* Prima eorum cura fuit, ut filius humanis litteris imbueretur; omnes enim in eo præcellens ingenium, & miram capiendis scientiis docilitatem suspiciebant. In morbum lapsus adhuc puer, & in discrimen vitæ adductus, baptizari petiit, cum jam antea inter Catechumenos per signum crucis, & salem fuisset susceptus. Perterrita Mater omnia ad filii Baptismum disponebat; sed, puero subito melius habente, dilatus est baptismus. *II. Conf.*  
*c. III.* Primum Madauræ Grammaticæ operam addidit, & Rhetoricæ usque ad annum ætatis decimum sextum, quo eum Parens Tagasten revocatum, ibi per annum detinuit, ut necessaria pararet, & anno sequenti